Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

quam operatus est in xpo: suscitans
illum a mortuis et constituens ad
dexteram suam in celestibus supra
omnem principatum et potestatem et vir
tutem et dominationem: et omne no
men qd nominatur non solum in hoc
seculo: sed etiam in futuro: et omnia
subiecit sub pedibus eius et ipsum
dedit caput super omnem ecclesiam
que est corpus ipsius: et plenitu
do eius qui omnia in omnibus
adimplatur:

ET vos cum essetis mortui
delictis et peccatis vestris
in quibus aliquando ambulas
tis secundum seculum huius mundi secun
dum principem potestatis aeris huius spiritus
qui nunc operatur in filios diffidentie
in quibus et nos omnes aliquando
conversati sumus in desideriis carnis
nostre facientes voluntates carnis
et cogitationum: et eramus natu
ra filii ire sicut et ceteri. Deus
autem qui dives est in misericordia
propter nimiam caritatem suam qua di
lexit nos: et cum essemus mortui
peccatis: convivificavit nos xpo:
gratia estis saluati: et conresus
citavit: et consedere fecit in celes
tibus in xpo ihesu ut ostenderet
in seculis supervenientibus habundantes divitias gratie sue in bo
nitate super nos in xpo ihesu:
Gratia enim estis saluati per fidem
et hoc ex vobis: Dei enim donum
est: non ex operibus: ut ne quis
glorietur. Ipsius enim sumus factura
creati in xpo ihesu in operibus bonis
que preparavit deus ut in illis am
bulemus. Propter qd memores
estote: quia aliquando vos eratis
gentes in carne: qui dicebamini
preputium ab ea que dicitur circum
cisio in carne manufacta: quia
eratis illo in tempore sine xpo alienati
a conversatione israhel: et hos
pites testamentorum promissionis
spem non habentes: et sine deo in hoc
mundo. Nunc autem in xpo ihesu vos
qui aliquando eratis longe facti
estis prope in sanguine xpi. Ipse
enim est pax nostra: qui fecit utra
que unum: et medium parietem ma
cerie solvens inimicitias in carne
sua: legem mandatorum decretis evacuans ut duos condat in semetipso
in unum novum hominem faciens pa
cem: et reconciliet ambos in uno
corpore deo per crucem interficiens
inimicitias in semetipso: et ve
niens evangelizavit pacem vobis
qui longe fuistis et pacem his qui
prope: quoniam per ipsum habemus accessum
ambo in uno spiritu ad patrem. Ergo
iam non estis hospites et advene
sed estis cives sanctorum et domes
tici dei superedificati super fundamen
tum apostolorum et prophetarum ipso summo
angulari lapide xpo ihesu: in quo
omne edificatum adcrescit
in templum sanctum in domino. In quo
et vos coedificamini in habitaculum
dei in spiritu sancto:

VINCTUS ego gratia
bus vinctus xpi ihesu
pro vobis gentibus: si tamen
audistis dispensationem gratie dei
que data est mihi in vobis: quoniam
secundum revelationem notum mihi factum
est sacramentum: sicut superius
in breui scripsi: ad quam cum legentes
intelligere prudentiam meam in
misterio xpi: quod alias generationibus non est agnitum filiis hom
inum sicut nunc revelatum est sanctis
apostolis eius et prophetis in spiritu
esse gentes coheredes et concor
porales et participes promis